BEDA VENERABILIS
Admont (?), 12. Jh. Seite 62r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26107
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Liber 2dus Esdrae.

62

123

Cap. i.

In verba Neemie.

Verba Neemie filii Ochie. Et factum est in mense casleu anno uicesimo. et ego eram in susis castro. et uenit unus de fratribus anani ipse Iuri ex iuda. Et interrogaui eos de iudeis qui remanserant et superant de captiuitate hierusalem.

Neemias interpretatur latine consolator dominus. uel consolatur a domino. Quicumque renouauerit muros ierusalem. et populum ab hostium insultatione liberatum in diuine legis obseruantia sublimauerit. profecto constat quia Iuo cabulo et opere et persona sua non incuenient mediatorem dei Iohominum hominem xpm designat. qui se ad consolationem pauperum spiritu missum insinuat. cum ascensurus in celum discipulis ait. Ego rogabo patrem. et alium paraclitum hoc est consolatorem dabit uobis. A quo edificandam ciuitatem dei. sanctam uidelicet ecclesiam simul et consolandos esse merentes ostendit psalmista cum dicebat. Edificans ierusalem dominus. dispersiones israelis congregabit. qui sanat contritos corde. Iceta. Congruit figura neemie sanctis predicatoribus. quorum ministerio superna nobis consolatio prestatur. dum post lapsum peccati spem uenie ac propiciationis diuine penitentibus pollicentes. quasi diruta ab hostibus ierusalemorum menia murosque restaurant. Mensis autem casleu ipse est quem nos decembrem uocamus. estque apud hebreos nonus. apud nos anni mensis ultimus. cuius uocabulum quod latine spes eius interpretatur. aptissime conuenit uotis eius. qui ad erigendas ruinas sancte ciuitatis. animum intendebat Primum